

1174 pro pabulo equis suis acquirendo tota die dis-  
currerent, vespere redeuntes non annonam refere-  
bant sed stramen, aliquando etiam nihil. Unde  
deficientibus his, quae secum attulerunt, et ipsi  
egere et equi eorum ceperunt deficere. Dicebant  
ergo duci suo Udalrico, ut impetret eis a gratia  
cesaris vel stipendium dari vel licentiam repatri-  
andi. Lixa expectatione diu frustra, cum iam  
diversent in terra illa spatium spatio trium men-  
sium vel paulo plus, multi ex eis clam duce suo  
(Udalrico)  
fugam ineunt recedentes prima vigilia noctis illius,

Aug. 24 quae lucebat in vigiliam dominice nativitalis  
~~extantis~~ exstantis tunc temporis feria quarta et  
pergentes tota nocte pervenerunt primo diluculo  
Papayam. Inde profecti sequenti die natalis Domini  
inciderunt custodias Mediolanensium, a quibus  
omnes quidem nostri in fugam conversi, multi  
vero sunt capti atque Mediolano tamdiu terti,  
quamdiu speraretur, quod vitam suam possent  
pecunia redimere. Quod ubi desperatum est, dimissi  
ad terram suam sunt redire permitti. Reliqui  
vero, qui tale discrimen evaserant, mercede navica  
stagnum transfretantes Cumanum per aliam

fol. 89, p. 32

m. f. 89 *baginud*  
*man dperud*  
(Großauf 6? W)